

www.e-rara.ch

Tractatus de regimine seculari et ecclesiastico

Reinkingk, Theodor von

Basileae, anno 1623

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-76963>

Classis I

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)



LIBER II.

DE

REGIMINE SECVLARI
S. Imp. Romani.

CLASSIS I.

CAPUT I.

DE IMPERII FVNDAMENTIS ET IM-
perantium ornamentis, PIETATE videlicet
& JUSTITIA.

FUNDAMENTA † Imperii legitimi sunt PIETAS & JUSTITIA. Et ubi hæc non sunt Imperii fundamenta & imperantium ornamenta, consistere illud diu non potest. Deo siquidem † & justitiâ nihil majus existit; absque his enim nihil unquam commodè geri potest, *inquit Iusinian. Imp. in Nov. 164. in pr. c. Principatus. l. 9. l. sine hisce Principes sunt socii furum & ambulant in tenebris, Aur. Bull. in proœm. Præ omnibus itaque, † quæ sublimi insunt potestatis Celsitudini, gloriosa pietatis est corona, tanquam virtutum omnium regina, arg. l. inter claras. C. de summ. Trinit. quia diligentibus Deum & piis omnia cooperantur in bonum.*

Ex Platonis † legibus, nemo ad Imperii regimen vocandus erat, qui non pius extitisset & divinis studiis operam dedisset, *lib. 3. de legib. Experientia namque satis abundeque testatur, impietatem conjunctam esse cum crudelitate, Petr. Martyr ad cap. I. lib. 2. Reg. fol. 185. indeque impius Rex, in Sacris vocatur Leo rugiens, & in populum tenuem Ursus decursans, Proverb. 28. v. 15. Et idem Salomon, Aufer, inquit, impietatem de vultu Regis, & firmabitur thronus ejus justitiâ, Proverb. 25. v. 5. Neque enim sperandum, ut legibus ullis aut pœnarum metu à facinorosa*
vita

vita deterreantur, qui Numinis metum omnem abjecerunt,
Bodin. 6. de Republ. c. 1. p. 986.

- 5 Pietas † consistit in vera Dei notitia & cultu. Nôsse summum illud Numen oportet; cognitum verò piè & purè venerari, inquit *Just. Lips. 2. Politic.* Sapientia præcedit, cultus sequitur; quia prius est, Deum scire; consequens, colere, *Lactant. lib. 4. Institut. Divin. c. 4.* Vanus enim omnis cultus, qui caret cognitione verâ, *Iohan. 17.*
- 6 Notitia † Dei colligitur ex libro Naturæ, Creaturæ & Scripturæ; indeque triplex illa prædicatur: 1. Connata. 2. Acquisita. 3. In Scripturis relevata. *Balsh. Meisner. in Philosoph. Sobr. part. 1. sect. 4.*
De libro Naturæ habemus, præter alia, apud Paulum evidens testimonium, qui dicit; Opus legis scriptum esse in cordibus Gentilium, *Roman. 2. v. 15.* Imò Gentiles naturâ facere opus legis, asserit *ibid. vers. 1.* Et hoc sensu intelligendus J. C. Pomponius, quando religionem erga Deum juri naturali adscribit, *l. 2. ff. de L. & L. quod jus naturale cum ipso genere humano rerum Natura prodidit, §. 11. Inst. de rer. divis.*
- 7 De libro † Creaturæ idem Paulus differit *Roman. 1. v. 20.* Indeque quod propter hanc notitiam ulterius in veram & perfectam Dei notitiam, quæ ex libro Scripturæ desumitur, non inquisiverint Gentiles, dicit eos inexcusabiles.
- 8 Hæc autem postrema notitia, † quæ ex libro Scripturæ desumitur, uti perfectior, ita etiam omnino est sufficiens ad salutem, *2. Timoth. 3. v. 16. & seq. Iohan. 20. v. 21.* omni credenti eam, *Roman. 1. vers. 16.* Est autem Scriptura principium cognoscendi non tantum essentiam, sed & voluntatem Dei erga genus humanum, *d. cap. 1. ad Rom. v. 17.* supplens defectum libri naturæ & creaturæ, *Rittershus. in comm. ad Novell. p. 1. c. 1. n. 5.* quæ altitudine superbos terret, profunditate attentos tenet, veritate magnos pascit, ac affabilitate parvulos nutrit, ceu ex *Paribus* loquitur *Eberhard. à Wcihe in tractat. utr. regn. condit. mel. versic. vivet semper.* super quam tanquam fundamêto ædificata est Ecclesia, *Ephes. 2. v. 20. Act. 17. v. 11. Rom. 1. v. 2.* ut sit lux splendens in tenebris, & lucerna pedibus nostris, *Psal. 119. 2. Petr. 1. v. 19. 2. Corin. 3. v. 15.*
- 9 Cultus, † est divini Numinis veneratio, certis legibus ceremonisque devincta, *Lips. lib. 1. Politic. c. 2.* Vera namque Dei scientia non nisi à veris Dei cultoribus possidetur, *Martin. Delrio in prolegom. 2. comment. ad Genes.* In cultu † autem non ad traditionum humanarum lacunas, sed ad limpidiſsimos divini Verbi

fontes recurrendum; aliàs enim facilè deflectit ad superstitionem, quæ est humanarū mentium ludibrium, *Plutarch. in Sertor.* Et hîc notandum *Varr. apud. Augustin. de Civit. Dei, lib. 6. dictum;* Deos à religioso vereri, à supersticioso timeri, *Iust. Lips. d. c. 3.*

Quo modo verò secularis Magistratûs potestas circa pietatis exercitia occupari debeat, infra de regimine Ecclesiastico fusiùs explicabimus. Sicut † in Imperio prima Pietatis, ita etiam 1^a secunda Justitiæ habenda est ratio, sine qua nullum diuturnum in terris esse potest imperium, *N. N. de Anno 1603. §. Wie hoch vnd vtel dann. ibi:* An der heitsamen Justicien gelegen / ohne welche kein Reich obery guter Namen in der Welt immer kan bestehen. Remotâ namque justitiâ, quid regna sunt, nisi magna atrocinitia? *August. Sapient. 1. v. 1. Luc. 12. v. 31.* Imò sine † justitia nec Jovis scepra 12 satis tuta existerent, inquit *Vdatic. Zaf. in Orat. de laudib. Leg. quæ extat in tom. 5.* Summum itaque in rebus humanis bonum est, justitiam colere, & jura sua cuique servare integra, ac in subiectos non sinere quod potestatis est fieri, sed quod æquum est custodiri, *c. s. seculi. 12. q. 2.*

Justitia † spectatur in personis gubernantium & parentum. 13 In illis maximo perè spectatur, quatenus justitia, quæ virtutes omnes artificiose nexu copulat, Hespero Luciferoque pulchrior splendet, subditis præluere debent, *confer Hyppolit. à Collib. in Princ. c. 3.* Ut enim à Sole in subiecto hoc orbe lux aut tenebræ; sic à Principe apud subditos prava pleraq; aut recta, *Lips. in præfat. Politic.* Princeps † siquidem & Magistratus in apice Reipublicæ 14 constitutus, quali quoddam exemplar proponitur imitandus, & uti speculum, quod populus ut plurimum præ componendis moribus intueatur, ut ex *Socrat. dicit Don Garf. Mastrill. in proæm. commentar. ad indult. general. Philipp. 3 Hispan. Reg.* Ut in corporibus, sic in Imperio gravissimus est morbus, qui à capite diffunditur, *Plin. 4. Epist. 22.* Hûc facit illud Germanorum:

Se hôher Berg / je tieffer That:

Se grösser Herz / je schwærer Fall.

Indeque Lucanus ad virtutes quasq; comparandas Honorium Imperatorem hisce hortatur Versiculis:

In commune jubes, si quid censésve tenendum,
Primus jussa subî, tunc observantior æqui
Fis populus, nec ferre negat, eùm viderit ipsum
Authorem parère sibi: componitur orbis
Regis ad exemplum, nec tantùm flectere mentes
Humanas edicta valent, quàm vita Regentis,

Quales

- Quales in Republica Principes, tales reliqui solent esse cives, *Syvacid. 10. v. 2.* Integritas namque Præsidantium salus est subditorum, *c. miramur. dist. 61.* Ideoq; boni Principes aliis quidem existiment virtutis possessionem honestam, sibi ipsis verò necessariam. Et quantò sunt sublimiores, tantò debent esse perfectiores, *Mich. Mcurr. de regim. Mund. q. 2. n. 14.* quia tutius exemplo
- 15 quàm imperio reguntur subditi. Hinc in sacris † Reges Lucernæ appellantur, *1. Reg. II. v. 36.* quòd videlicet iustitiâ & sapientiâ aliis debeant prælucere, ita ut populum & legibus & bono exemplo gubernent, *uti notat Martyr in lib. I. Reg. d. c. 11. fol. 92. add. Geil. 2. obs. 55. n. 10.*
- 16 Quamobrem Imperii clavum † gubernantes, velle debent omnes actus suos regulari à iustitia Poli & Fori, & summo perè curare, ne dilectionem proximi ostendant, néve tempestatis potiùs quàm potestatis plenitudine utantur, *Zaf. conf. 10. n. 7. Fernand. Vafg. I. controv. c. 1. n. 20. & lib. 2. c. 51. n. 65.* Nam Regentium potestas magis in utilitatem subditorum, quàm ipsorum, inventa est, *Garz. de expens. c. 21. n. 52. Hottoman. illust. q. 1. Herm. Vultej. conf. Marpurg. 35. vol. 3. n. 141.* ut omnes subleventur, nullus verò contra jus prægravetur. Debent enim esse jus quoddam animatum & lex loquens in terris, *Geil. I. obs. 41. n. 3.* nec tam præesse quàm prodesse; nec sibi tantùm subditos datos, sed se esse subditis arbitrentur, *Iust. Lips. in dissert. apud Albert. N. N. zu Estingen de Anno 1526. §. Vnd nachdem Keyserlicher. & §. seq.* Nihil itaque iustitiæ & rectitudini Principum & Regentium magis cõvenit, quàm subditos non lædere, *ut latè disserit Carol. Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 3. gl. 4. n. 6.* & gloriam Dei & salutem patriæ promovere, *N. N. de Anno 1559. circ. fin. princip. ibi: Das wir solch Keyserlich Ampt vñ Regierung Gott zu Lob vñ Ehr/ auch gemeiner Christenheit/ bevorab dem H. Reich Teutscher Nation / dem gemeinen Vaterland zu Auffnemmen / Nutz vñ Wohlfahrt tragen / führen vñ verrichten mögen. ac cum Fabricio difficiliùs à iustitia, quàm Sol à suo cursu dimoveri. Ernst. Cozman. 4. conf. 12. n. 33.*

CAP. II.

DE FIDE ET CONSTANTIA.

IUSTITIA, quæ in persona imperantiũ spectatur, magnopere efflorescit in FIDE † & CONSTANTIA. Fides, h. e. dictorum factorumq; constantia, inter præcipua iustitiæ ornamenta coruscat, quæ cùm in omnibus, maximè tamen in Principe &

Rei-

Reipublicæ gubernatoribus necessaria est, *Zaf. 2. consil. 1. n. 103.* Princeps etenim, qui matuæ fidei vindex, debet esse immobilis tanquam lapis angularis & polus in cœlo, *Bald. consil. 327. n. 4. vol. 1. Ernest. Coshman. 4. consil. 12. n. 33.* Et cum sit fons justitiæ, constantissimâ uti debet voluntate, *Geil. 2. obs. 55. n. 3.* neque in factis fraudem adhibere, aut alicui laqueum injicere, vel verba variare, *Socin. consil. 32. Ru. ker. in cons. caus. Brunsvic. & Goslar. quod extat apud Horstleder. in Reichshandlung.* sed potius, si justè quid promissum vel decretum sit, mutationem flagitantibus regerere, Quod scripsi, scripsi, *Bald. d. consil. 327. n. 4. vol. 1. Ernest. Coshman. 4. consil. 15.* Nam vel sola mutatio † voluntatis justæ in Principe 2 indigna ejus Majestate & potestate videtur, *Ans. Fab. in Consuls. de Ducas. Montisferr. part. 1. p. 11.* Et juxta Poëtam,

Non decet in labris versari tubrica Regum.

Indeq̄ue in aliis fidem fallere probrosum, † in Principe verò 3 abominabile existimatur, *Petr. Greg. Tholos. de Republ. lib. 7. cap. 70. sect. 28. Bald. cons. 2. q. n. 1. in pr. vol. 2. Decian. respons. 25. n. 26. cum seqq. vol. 1.* Ita ut non immeritò ad casum insolitum referatur, si Princeps sit conventionum nescius, *Surd. consil. 61. n. 72. Menoch. 1. consil. 27. n. 22. cum seqq. Andr. Knich. de restitur. pactio. part. 2. cap. 5. n. 222.* Et cum † juris publici auctoritas, Principum etiam inferiorum fidem juramento æquiparet privatorum, quando aliquid adseverant bey Fürstlichen Trewen vñ wahren Worten/ N. U. de Anno 1555. §. Vñd da ein Churfürst/ Fürst. ibi: Der gestatt/ daß die/ so Fürstlichen Standes oder Wesens/ bey Versprechung vñd Zusage ihrer Fürstlichen Würden vñd wahren Worten gelassen: aber die andere vber obgemeldtes einen teiblichen Eyd schweren/ ic. indignum esse sub publici juris auctoritate quempiam decipi.

Si verò Princeps † & qui Reipub. gubernacula tenet, fidem 5 negligat, nemo ei confidit, sitq; ab omnibus exul, qui omnium fuit præsul, ut *Bald. dixit in Lex imperfecto. C. de testam. Thom. Grammat. decis. 65. n. 2. Castrens. in l. digna vox. C. de legib. Didac. Covarr. 2. var. resol. cap. 19. n. 3.* Quo modo enim ab aliis fidem expectare potest, si ipse eam non seruet, *Bald. in cap. un. §. ult. in fin. de form. fidelitas.*

Fidem † præcipuè colendo tam publicè quàm privatim ad 6 tantam amplitudinem pervenisse Romanos, testis est *Gell. lib. 1. c. 20.* & eâ de re prolixè agit *Arnif. de jure Majest. lib. 1. c. 7.* Et eo nomine maximoperè Romanos commendat *Macchabæus*, quòd fidei datæ acerrimi essent vindices, 1. *Macchab. 8. v. 1.* Tanta enim apud eos sua cuique fuit fides, ut propterea dicente *Ha-*

lycarnas, constitutum sit templum fidei, *Zaf. ad §. de constituta. n. 3. inst. de action.* tantâque veneratione vetusti Quirites eam coluerunt, ut quasi Numinis loco eam Jovi Opt. Max. proximam in Capitolio esse voluerint, *Peir. Royer decis. Litvan. 4. n. 39.* Indeque apud eos eximia illa nata formula: BONA FIDE AGIER, *Cic. lib. 3. offic.*

7 Debent t̄ autem Principes & Reipub. gubernatores fidem promissam non solum amicis, sed etiam hostibus servare, quibus aut non temerè danda, aut data servanda est, *arg. cap. noli. 23. q. 1. l. 2. §. fin. quod met. caus.* Expedi enim deliberatiùs promittere, ut meliùs præstetur, *Zaf. ad d. §. de constituta. Inst. de action. n. 4.* Nam cum hostibus juris gentium est communio, *l. ult. ff. de legation.* ubi violatis hostium Legatis, jus gentium violari dicitur, propter juris publici fidem & securitatē hostium Legatis concessam. Et hoc jure gentium fides & pacta nituntur, *l. i. ff. de pact.* à quo nemo ullo favore, privilegio vel dignitate eximitur, *Peck. in cap. frustra. n. 2. & 3. de R. l. in 6. Zanger. de except. part. 3. c. 20. n. 1.* Si enim dare fidem fas est hosti, frangere utique nefas erit, *Bodin.*

8 *§. de Repub. cap. 6.* Unde frustra t̄ idem *Bodin.* excusare conatur factum Francisci Galliarum Regis, qui à Carolo V. Imp. captus & certis conditionibus juratò promisit eas vel implere, vel se iterum in carcere sistere, neutrum tamen fecit, quæ res acerbissimis Reipub. motibus ansam præbuit, *Ioh. Steidan. lib. 6. 10. & 15.*

9 Forlan ad imitationem t̄ Philippi Macedonum Regis, qui jurjurando publico velut monetâ publicâ censebat utendum, videlicet pro Regum Regnorumq; commodo, ut si commodum illis esset fidem à se publicè datam servare, servarent: sin minùs, eam violarent. Unde & Fides Punica dicta fides publica, quæ non custoditur, *Philipp. Hænon. disp. polit. 8. th. 30. in not. sub lit. a.*

10 Similiter Turca t̄ tamdiu fidem servat, donec commodam occasionem nanciscitur invadendi ditiones Christianas, *R. N. zu Augspurg de Anno 1566. §. Wiewol dann auß mitter Verteihung. ibi:* Wnd aber auß langer Erfahrung kundtbar / daß diser Feind (intellige Turcam) getroffene Frieden vnd Friedensstände länger nicht heit / oder sich zu halten schuldig vermeint / dann biß daß er fernere gelegenheit sein Gewalt zu verderbtlicher Vnterdrückung der nechst angezessenen Christen

11 chen Land/durchzudringen haben möchte. Alia mens t̄ in Romanorum præcorum pectoribus habitavit, de quibus unicum M. Atilii Reguli exemplū proponere satis est, qui potiùs ad supplicium, *ut M. Tullius loquitur,* redire maluit, quàm Carthaginensibus Romanorum hostibus fidem fallere, reputans id esse contra

Majestatem & gravitatem populi Romani, *Valer. Max. lib. 1. c. 1. & lib. 2. cap. 4.* Imò Jehova hujusmodi fidei datæ viola oribus exitium minatur apud Prophetam, *Ezech. c. 17. v. 15.* Qui enim sub jurejurando vel fide publicâ hostem fallit, hunc se metueret, Deum verò contemnere fatetur. *Plutarch. in vit. Lysand. Ware-mund. ab Ehrenberg lib. 2. de Fœderib. cap. 1. n. 166.* Unde Aristoteles Alexandrum Magnum severè monuit, ut datam fidem & inita fœdera sanctè servaret; subdens, Perfidia fœdos plerumque & funestos esse exitus.

Cujus † rei licèt plurima in historiis extant exempla, unicum ¹² tamen Uladislai Hungariæ Regis exemplum omnibus Principibus & Reipublicæ gubernatoribus serviat. Hic enim auctore & suasore Juliano Cardinale, induciarum leges cum Turca initas violavit, eo videlicet prætextu, quasi nefas sit concordia fœdera sancire cum Turcis non consentiente Pontifice, *Cario in Chronic. lib. 3.* Et cum ruptis fidei vinculis ad Varnam Bulgariæ oppidum cõfligeret cum Amurathe, & cum primo conflictu ad angustias adigeret; ille fœderis initi memor oculis ad cœlum elevatis, ita exclamâsse fertur: Christe, en hæc sunt fœdera, quæ Christiani tui per Nomen tuum jurantes mecum percusserunt, suoq; perjurio te Deum suum abnegarunt. Quare si Deus es, hanc mihi & tuo sancto Nomini illatam injuriam ulciscere. Iterato postea congressu Rex cum Proceribus & Juliano Cardinale ac 30000. militum miserè periiit, *Cramer lib. 21. Iov. in vit. Amurath.* Argumenta, quæ contra hanc adferri solent sententiam, recenset & refutat Hottoman. *illustr. q. 7.*

Quid verò de Hæreticis sentiendum, an'ne & illis fides data servanda? Eædem † sanè rationes, quæ suadent hosti fidem da- ¹³ tam servandam, & in hæretico locum habent, quia in pactis & conventionibus, quæ jure gentium nituntur, religionis diversitas non attenditur, *l. nemo exierus. C. de Iudæ. & Cælicol.* Fidem autem hæretico vel infideli licitè dari posse, Sacris non absonum est literis, *Gen. 31. v. 48.* ubi fœdus fuit inter Jacobum & Labanum idololatram. Sic fœdus legitimum habebatur inter exploratores Israël & Raab, *Ios. 2. v. 12. & 16. v. 21.* Imò fidem infidelibus datam non solum servandam esse divinis edocemur oraculis, sed etiam neglectam vindictæ divinæ subiacere, *Ezech. 17. v. 15. & 2. Reg. 21. v. 1. & 9.* Inter omnes namq; homines tam fideles quam infideles, tam hæreticos quam sinceros, natura cognationem quandam finxit, ideoque alterum alteri insidiari nefas

esse duxit, *l. 3. ff. de l. & I.* Si enim hæreticis non est servanda fides, neque ab iis erit expectanda, quod summam habet æquitatem & sine cujusquam indignatione justam, *l. 1. & t. i. ff. quod quisq; jur. in al. stat.* quo admisso omnia essent plena sceleris & perfidiæ, proditionis & tumultus.

14 Frustrâ ¶ itaque excusant quidam Pontificii Concilii Constantiensis perfidiam, cujus decreto Johannes Hussus contra datam ab Imperatore Sigismundo fidem combustus est Anno 1414. ex ratione, quòd hæretico non sit servanda fides. Et cum idem in Comitibus Augustanis Carolo V. Imperatori invictissimo gnathones quidam Pontificii suggererent, ut Luthero tanquam hæretico, præpostero ipsorum præjudicio, fidem non servaret, ipse magnificè retulit: Etiam si in toto orbe terrarum fides exularet, tamen apud Imperatorem immaculatam eam manere oportet, *refert Petr. Gregor. Tholosan. de repub. lib. 8. c. 8. n. fin.* Noverat siquidem optimus Imperator, grave esse fidem fallere, *l. 1. ff. de constit. pec.* noverat quòd os mentiens occidat animam, *Sapient. 1. v. 11.*

15 Pro ratione ¶ autem dubitandi facere videtur: I. Pactum, quod est contra pietatem & honestatem, ipso jure nullum est, *l. si unus. 27. §. pacta. & l. seq. ff. de pact. l. non dubium. 5. C. de legib.* Quæ enim pietatem lædunt & contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est, *l. 15. ff. de condit. instit.* Pactum autem, quod fit cum hæreticis, tale est. Id enim 1. lædit pietatem; quia pax pia non potest esse sine veritate, *Zachar. 8. v. 19.* quæ ubi non est fundamentum, nullum fidei esse potest stabilimentum. 2. Contra bonos mores est tale pactum; quia prohibemur jugum ducere cum infidelibus, & nulla conventio Christo est ad Belial, *2. Cor. 6. v. 14.*

16 II. Frangenti ¶ fidem, fides frangatur eidem. At hæretici Deo frangunt fidem, dum à veritate fidei & promissis Deo in baptismo factis malitiosè deficiunt. Ergo neque ipsis fides servari debet.

17 III. Non ¶ potest homini esse fidelis, qui Deo extitit perfidus, *c. non potest. 2. q. 7.* Ex quo colligitur, hæreticos non esse subiectum habile ad hoc, ut ipsis dari fides possit. Ergo neque servari debet.

18 Ad I. R. Fidem ¶ hæretico in causa licita datam nō esse contra bonos mores, quia nullâ lege divinâ vel humanâ prohibemur cum hæreticis super rebus licitis pacisci. Ad I. Pro syllogismo fini membrum resp. distinguendo inter ¶ pacem Politicam &

Eccle-

Ecclesiasticam. Pax Ecclesiastica, quæ securitatem præbet doctrinæ, h. e. quoquo modo disputandi & docendi contra expressum verbum Dei, illa salvâ veritate subsistere non potest, *d. cap. 8. Zachar. v. 19.* debemus enim arguere, contradicere & erudire eos, qui obsistunt veritati, *2. ad Tim. 2. v. 25.* quo respectu neq; dari fides potest, neque data servari. Aliud verò obtinet in pace Politica, † quam cum omnibus quantum in nobis est colere 20 jubemur, *Roman. 12. v. 18.* Ad 2. Pro syllogismi membrum resp. Non omnem † conversationem cum infidelibus idololatri, sed 21 nimiam familiaritatem à Paulo prohiberi, & talem, quæ cum hypocrisis conjuncta est. Idq; apparet ex conjunctione Christi ad Belial, veritatis & falsitatis. Nam politicè ipse Christus conversatus est cum infidelibus & impiis Phariseis; quod utique non fecisset, si conversatio politica cum infidelibus prohibita fuisset. Quando itaque Paulus jubet, ne jugum ducamus cum infidelibus, idem vult dicere, ne colludamus in Religionis & doctrinæ negotio cum idololatri. Hinc Augustinus inquit: Duobus modis non te maculat malus, si ei non consentias, & si redarguas, *c. à malis. 23. q. 4. & c. recedite ibi.* Committitur itaque in hoc argumento fallacia falsæ interpretationis.

Ad II. R. Quòd frangenti † fidem circa idem negotium & 22 in eadem causa, fides non sit servanda, quia contractus non debet claudicare, *l. si quis major. C. de transact.* Sed quando Pontificii ita inferunt: Hæreticus fregit fidem Deo in rebus spiritualibus, Ergo in rebus secularibus ei fides servari nō debet; plus ponunt in Cōclusionē quàm fuit in præmissis, & circa objectum variat.

Ad III. R. Illud † procedere à separatis & merè contingen- 23 tibus. Nam experientia docuit, etiam infideles & impios fidem politicam exactè servasse; & suprâ Romanorum exemplo contrarium probatum & declaratum fuit.

CAP. III.

DE CLEMENTIA ET HUMANITATE.

Nihil magis proprium Principibus & Reipublicæ guber. 1 natoribus quàm CLEMENTIA † & HUMANITAS, per quâ sola Dei imitatio servatur, *l. fin. C. de donat. int. vir. & uxor.* Tanto- perè namq; Clementia decet Principes, ut inde nomen adepti, Clementissimi appellentur, *Ernest. Coshman. ad vrb. Cod. Justinian. verb. Clementia nostra. sub n. 13.*

- Debent autem hisce præcipuè rationibus Principes moveri,
 2 ut sint clemètes: 1. Quia vices Dei † gerunt in hisce terris, cujus
 proprium est parcere & misereri, quive in sublimi residet & hu-
 3 milia respicit, *Psalm. 113. Syracid. 3. v. 21.* 2. † Quia homines tra-
 ctant & regunt, non feras & bruta, ideoq; decet ut cum iis hu-
 4 maniter agant. 3. † Clementer agendo conciliant sibi populi
 benevolentiam, *Petr. Martyr in comment. ad c. 20. lib. 1. Reg. fol. 163.*
 quæ est præsidium firmissimum, *Bodin. 5. de Repub. cap. 5. p. 872.* &
 munitissimas habere dicitur civitates Princeps, quem subditi fi-
 de & amore prosequuntur, *Cravett. consil. 241. n. 15. Mynsing. cent. 5.*
 5 *obs. 8. n. 10.* Nullum itaque ornamentum † Principum fastigio
 dignius pulchriusque, quam illa corona: OBSERVATOS HA-
 BERE CIVES, *Senec. lib. 1. de Benefic. sub fin. Hypolis. à Collib. in*
 6 *Princ. c. 2. & 3.* Hinc Regum, † quos Sol illuxit, sapientissimus di-
 cebat, Thronum Regis corroborari clementiâ, *Proverb. cap. 20.*
 Et Cicero, cum laudaret vel adularetur Cæsari, dicebat; Ejus
 fortitudinè, militares artes, victorias & triumphos esse illi com-
 munes cum cæteris militibus; ipsam verò ejus Clementiam &
 bonitatem integram & solidam ad ipsum pertinere.
- 7 Clementiæ † proprium est, pro rerum, temporis & personæ
 circumstantiis stricti juris rationem mitigare, & ad misericor-
 diam potius quam ad severitatem deflectere, *N. N. zu Speyer de*
Anno 1526. §. Es soll sich auch eine jede Obrigkeit gegen denen / so der
Bäwrischen Aufruhr haben aufgetreten / nach gelegenheit eines jeden
Verhandlung / dermassen erzeigen / damit sich die Untertanen / so viel sich
die immer leiden will / mehr Gnad vnd Güteigkeit / dann die Schärffe vnd
 8 *Bgnade spüren vñ finden mögen.* Nam melius est Deo † misericor-
 diæ rationē reddere, quam inclementiæ, *c. allegant. 26. q. 7. Cagnol.*
ad l. semper. 56. n. 1. 2. de reg. jur. Wesenb. conf. 19. n. 23. Et judicium si-
 ne misericordia futurū ei, qui misericordiam nō vult fieri delin-
 quenti, dicit *Speculat. in tit. de dispensat. §. ult. n. 15. cum ibi allegat.*
 Debet tamē hæc misericordia temperata esse severitate. Nam
 Magistratus prudens severus est, *Syracid. 10. v. 1.* Et salutaris seve-
 ritas inanem vincit Clementiæ speciem, *Cic. ad Brut. epist. 2.* me-
 liusq; est in desperatæ frugis homines cum severitate animad-
 vertere, quam cum lenitate Rempub. corrumpere, *c. non omnis. 5.*
q. 5. fac. text. in d. Receß. de Anno 1526. d. §. Es soll sich auch,
- 9 Miscenda † est ergo lenitas cum severitate, & faciendum ex
 utraq; temperamentum, ut neq; multâ asperitate exulcerentur
 subditi, neq; nimia benignitate solvantur, *Gregor. in memorabilib.*
lib. 20. p. 4. c. 6. quod refertur in c. disciplina. dist. 45. ad imitationem
 Chi.

Chirurgi, qui vinum & oleum infundit vulneribus; vinum, ut mordeantur vulnera; oleum, ut foveantur, *ibid.*

Deinde, potissimus † Clementiæ effectus conspicitur in Af. 10
 fabilitate. Debent enim Principes & gubernatores Reipublicæ
 subditis esse affabiles, iisque, facilem ad se præbere aditum, ac pa-
 tienter eorum audire querelas & desideria, *l. 19. de off. Præs. N. N.*
zu Augsburg de Anno 1541. G. Demnach haben wir. ibi: Ihre Werbungen
gnädiglich/gütlich/vnd freundtlich angehöret. Principis enim est cau-
 las & querelas subditorum cognoscere. Sicut Aquila † non sem 11
 per super nubes elevata volitat, sed remissioribus al. quando et-
 iam pennis descendit ad terram: ita etiam bonus Princeps ex
 throno Majestatis suæ se ad subditorum & oppressorum querelas
 dimittat, & eorum desideria clementer audiat, ita enim re & no-
 mine erit Clementissimus, *Sedul. in Epist. ad Macedon.* Talis affabi-
 litas grata est Deo, & ad ejus benignitatem proximè accedit,
 Regi laudabilis, subditis verò salutaris. Hinc scitè vidua quedam
 Macedonum Regi, causam audire detrectanti, respondit: o Rex,
 aut causam meam audire oportet, aut non Regem agere,
Petr. Frid. Mindan. de processib. lib. 1. c. 5. n. 2.

Sicut autem lenitas † Principis cum severitate, ita & affabili. 12
 tas temperata esse debet cum gravitate, ne in nimiam familiari-
 tatem degeneret, quæ solet parere contemptum, *cap. quando. dist.*
86. Nam juxta Proverbium, è tribus rebus opumis, tres oriuntur pes-
simæ: è veritate odium; è felicitate invidia; è familiaritate contemptus.
 Hinc in jure nostro cautum reperitur, ne Præsides Provinciarum
 in ulteriorem familiaritatem provinciales admitterent, ne ex ni-
 mia familiaritate dignitatis contemptio oriretur, *l. 19. de off. præ-*
sid. Nervus † namq; principalis dignitatis consistit in auctorita- 13
 te, quâ prostratâ, acies ejus valdè hebescit, *quâ de re vid. que tra-*
dit Schönborn. 2. Polit. c. 36. Et pulchrè Virgil. gravitatem Æneæ
 Trojani Ducis describit *l. Æneid.*

*Tum pietate gravem & meritis si foris virum quem
 Conspectere, silent, arre etisque auribus adstant,
 Ille regis dictis animos & pectora mulcet.*

C A P. IV.

DE PRUDENTIA PRINCIPVM ET Gubernatorum Reipub.

IUSTITIAM † & Clementiam moderatur PRUDENTIA I
 PRINCIPVM & GUBERNATORVM, quæ ipsos conservat,

Proverb. 2. v. 11. Quod enim Sol in mundo, id prudens Princeps in populo: Sol mundi oculus, Princeps verò multitudinis, *Ioh. Nor-derman. de iur. Principat. concl. 79.* Hæc enim sola præit & ducit ad rectè faciendum. *Plat. in Menon.* Quamobrem non solum justè, sed etiam prudenter Reipublice gubernacula se moderari asserit David, *Psal. 101. v. 2. 1. Chronic. 22. v. 12. & 13.* Salomon, Regum omnium sapientissimus, antequàm delatam Reipub. gubernationem susciperet à Jehova, non aurum & argentum, sed prudentiam gubernandi & iudicandi populum à Deo petiit & obtinuit, *1. Reg. 3. v. 9. & seq.*

2 Est autem Prudentia ꝑ intellectus & delectus rerum, quæ publice, quæ privatim appetendæ aut fugiendæ, *definitore Iust. Lips. 1. Polit. c. 7.* quæ ordinat præsentia, providet futura, recordatur præterita, *auctore Senecâ.*

3 Primum ꝑ potissimum Prudentiæ præceptum est, ut rationi imperium & cupiditati tribuatur obsequium, *Bodin. 1. de Repub. cap. 3. p. 22. vers. cùm igitur.* Qui igitur aliis prudenter imperare vult, sibi ipsi prius imperet. Effugere cupiditatem, est regnum vincere, & multò seipsum quàm hostem superare operosius esse putatur, *Valer. Max. lib. 3.* Hinc Poëta:

*Fortior est, qui se, quàm qui fortissima vincit
Mœnia: nec virsus alius ire potest.*

4 Alterum ꝑ Prudentiæ præceptum est, ut omnia fiant in Republica decenter & ordine. Religio, iustitia, pax & tranquillitas conservetur, futuris malis occurratur, quæve faciendæ vel omit- tendæ sunt, providè curentur, & alia, quæ ex ipso quotidiano rerum usu percipiuntur, rectè instituantur, secundùm populi & regni naturam, *quæ de re videndus Bodin. 5. de Repub. c. 1. Hyppol. à Collib. de Princ. c. 8. Althus. Polit. c. 23. per tot.*

5 Expedit ꝑ aliquando, Prudentiam Politicam astu, h. e. solertiâ licitâ & honestâ temperari, simulando, dissimulando. Regnare enim nescit, qui dissimulare non novit, *inquit Cicer. pro Milon.* Miscenda serpentina prudētia cum simplicitate columbina, *Matth. 10. v. 16.* Prudentis enim Regis est, aliquando pro re nata connivere; nec omnia, quæ populus loquitur, audire, *1. Sam. c. 10. v. fin. add. exempl. David. 2. Sam. 16.* Et hæc solertia maximoperè in bello & re militari usum habet, *L. 1. §. 3. ff. de dot. mal. confer Schönborner. lib. 2. polit. cap. 32.*

6 Acquiritur ꝑ verò prudentia ex doctrina & usu. Doctrina & rerum cognitio admodùm necessaria est Principi, quæ prudentiam suppeditat, Itaque ut Princeps doctrinam & eruditionem

sibi

sibi acquirat, debet non solum viros doctos & rerum peritos audire, & ab iis discere, sed etiam prudentium scripta & monumenta, præsertim historica, consulere. Historia ¶ enim testis 7 est temporum, nuncia vetustatis, lux veritatis, magistra morum & frenum improbitatis, ut *M. Tullius dixit*. Hinc Cyrus apud *Xenophontem*, jam moriturus filios suos hisce alloquitur verbis: Discite ex iis, quæ jam antea facta sunt. Hæc enim est optima discendi ratio. Semper quippe, ut ait *Thucydides*, eadem fabula in mundo agitur, *Perzel, in Epist. dedicat. Mellific. histor.* In historiis itaq; licet sine sumptu & periculo intueri aliorum navigationes, naufragia, pericula, bella, mores, virtutes, imperia, vitæ & interitum, læta & tristia, confer *Alibuf, in polit. c. 21. n. 12. & seq.*

Præterea, ¶ Principes & Republicæ gubernatores non debent nimis propriæ solertiæ viribus credere, sed in consilium adhibere viros prudentes & rerum scientiâ claros. Quamvis enim magna Principibus sit dignitas collata à Deo, non tamen in statu versantur integritatis & innocentiae, ex quo hominem deturbavit ambitio, cum altius, quam fas erat & liceret, se efferret. In illo habebamus veram sapientiam, quæ postmodum in pudendam conversa est nuditatem & stultitiam, *Norderman, de jur. Principat. concl. 80. lit. c.* Magnis ¶ itaque & arduis causis & negotiis 9 Viri magni & sufficientes adhiberi debent, *l. non distinguemus. §. de liberat. ff. de recept. arb. l. 1. in pr. de venur. insp. l. ut gradatim. §. se lege. ff. de venur. insp. c. Ernest. Cothman, ad rubr. Cod. Iustinian. n. 16.* Sapiens Princeps sapientum lætatur commercio, & sapientiâ reguntur, qui agunt cum consilio, *Proverb. 12. 10. & 20.* Neque imbecillitatis, ¶ sed prudentiæ argumentum est, consulere alios, & 10 ex plurium suffragiis quod melius & æquius est statuere. Sicut enim auri bonitas tunc facile noscitur, cum alteri auro comparatur, aut etiam attritu mutuo affricatur; sic in consiliis ubi plurium audiuntur sententiæ, optimum quod est cognoscitur, uti in *graviss. Persar. cons. de bell. contr. Græcos suscip. consuluit Artaban. apud Herodot.* Indeque non immeritò prudentes Principes Consiliarios suos portionem corporis sui dixerunt, *l. quisquis. C. ad L. lul. Majest. cap. si quis. 6. q. 1.* qui Principem decorant veluti splendor firmamentum cæli, *arg. c. supra specula. X. de Magistr.* & radii solares Solem, *arg. c. multi. de pœnit. dist. 2. Schrader, de Fensd. pars. 10. sect. 2. n. 24.*

Consiliarii ¶ verò à Principe in consilium adhibiti, nec gratiæ, 11 nec adulationi, nec odio locum relinquere, sed ex fide, justitiâ & veritate consulere debent sine fucò. Unde non ex fide fecerunt

Consiliarii Cambyfis, interrogati ab eo; Num quæ lex sit, quæ finat volenti matrimonium cum sorore inire? responderunt: Nullam quidem se invenire legem, quæ finat fratri nubere sororem: quandam verò se reperire legem, licere Persarum Regi quodlibet, *Herodot. lib. 3 & refert Pezel. in Mellific. histor. part. 11*. Talis Consiliarius fuit impius Achitophel, qui Absoloni consuluit, ut pellices paternas pollueret, 2. *Sam. 16. v. 20. & seq.* qui tamen satis dignas consulti sceleris pœnas dedit, & sibi ipsi laqueo vitam finivit, 2. *Sam. c. 17. v. 23.* Tales etiam hodiè plurimi reperiuntur, qui à Principibus consulti, magis Placentiam versus quàm Veronam iter dirigunt. Verùm noscant hi, quòd quisquis metu alicujus potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocet, quia magis timet homines quàm Creatorem, *August. epist. 86. ad Casul. Hyppol. à Collib. in Consiliar. p. 275.*

- 12 Sicut autem † Consiliarii sincerè & candidè consulere debent, ita etiam Principes bona consilia perpendere & benignè audire debent, aliter atque fecit Xerxes, qui in consultatione de suscipiendo bello contra Græcos, convocavit quidem Asiæ Principes, sed tamen comparentes importunâ auctoritate increpavit, dicens: Ne viderer meo tantùm usus esse consilio, vos contraxi: Cæterùm mementote, parendum magis vobis, quàm suadendum, *Valer. Maxim. lib. 9. c. 5.* qui tamen contempni consilii pœnas postea satis dignas dedit, *Iustin. lib. 2. histor.* Sic Rehobeam, qui bona seniorum consilia contempsit, regno dejectus fuit, 2. *Chronic. 10.* Plura de Consil. & Consiliar. qui scire desiderat, adeat inter alios *Hyppol. à Collib. tract. de Consiliario, & Serfer. in disp. de Consil. & Consiliar. quæ extat apud Arum. in jur. publ. discurs. 32.* Et tantum de præcipuis Imperantium ornamentis; reliqua sub generali justitiæ regula comprehensa sunt.

CAP. V.

DE IVSTITIA SVBDITIS ÆQVA-
biliter administranda.

- 1 AD Principis † & Magistratûs officium pertinet, ut non solum ipsi justè vivant, sed etiam subditis justitiam administrent, ad quod potissimùm constituti sunt, *Sapient. 6.* Justitia, quæ in subditorum personis spectatur, est vel distributiva, vel commutativa. Distributiva † consistit in ordinatione personarum, officiorum, præmiorum, pœnarum, pro cujusque merito,

conditione & respectu. Hæc † in personis mediætas, similis est 3
 proportioni Geometricæ, quæ non tantùm ostendit, quid factu
 debeat, sed quid congruat in distribuendis officiis, tam perso-
 næ, quàm muneris; inque infligendis pœnis ratio expendatur
 tam ejus qui deliquit, quàm in quem delictum commissum est.
 Est enim neque justitia, † neque justitiæ minister personam re- 4
 spicere, sed suum cuiq; sine *προσωποληψία* tribuere debet, *Deut. 16.*
v. 19. Iacob. 2. v. 1., tamen salvâ justitiâ, salvoq; jure in distribuendis
 pœnis, præmiis, officiis, & adhibendâ fide, legalitatis & per-
 sonarum habenda ratio, *Ernest. Cothm. 4. cons. 12. n. 42.* Cùm enim
 personarum dignitates, ingenia, voluntates, ætates, dicta & fa-
 cta inæqualia sint, iis æqualia tribui non possunt; ut valere pos-
 sit illud Comici in *Adelph. act. 5. Scen. 3.*

Duo cùm faciunt idem, non est idem;

Hoc licet impunè facere huic, illi non licet;

Non quòd dissimilis res sit, sed is, qui facit.

Huc pertinet distinctio, † à Politicis recepta, inter æqualitatem 5
 & æquabilitatem. Hæc inter omnes omninò servanda, illa non
 item. Est autem æquabilitas, cùm cuilibet pro dignitatis & or-
 dinis sui ratione & differentia, honos & jus redditur, præmia &
 dignitates conferuntur, pœnæ infliguntur. Æqualitas verò est,
 quando æqualiter omnia jura inter omnes sine personarum
 consideratione redduntur, quod rectè ad commutativam justiti-
 am, malè autem ad distributivam refertur.

Est autem commutativa † justitia, quæ in commutatione re- 6
 rum cæterisque contractibus servat æqualitatem inter omnes
 proportionem Arithmeticâ, *Wesenb. in paratis. ff. de l. & l.* Itaque
 sicut in justitia distributiva † hanc observamus Maximam, 7
 quòd in ea non rerum, sed personarum habenda sit ratio; ita in ju-
 stitia commutativa non personarum, sed rerum duntaxat habetur
 ratio. Sicut autem in hac non attenditur personarum ratio, ita
 nec religionis attendi debet diversitas. *R. U. zu Speyer de Anno*
1542. §. Und als das Cammergerichte. ibi: Damit im H. Reich männiglich
ungeachtet / wess theils der Religion der sey / ein gleich Unparthenisch
Recht erfolge vnd mitgetheilet werde. Et difficile, imò impossibile
est, pacem in Repub. conservari, ubi justitia æqualiter non admi-
nistratur. R. U. zu Speyer de Anno 1570. §. Weiter nachdem auch. ibi:
Wey allen Regimenten die tägliche Experiens beweiset / wie beschwärtlich
oder viel mehr unmüglich es sey / beständig friedtlich Wesen zu erhalten /
da kein söderlich gleichmässig Recht einem jeden admi-
nistrirt vnd vollzogen wurde.

CAP. VI.

DE BONORVM DEFENSIONE,
malorum coërcitione.

- 1 **N**ON satis est, ut Principes † & gubernatores Reipublicæ vitæ integritate & legum auctoritate præeant subditis, sed vel maxime eorum officio incumbit, ut boni à malorum insultatione, direptionibus & persecutionibus defendantur, vitia extirpentur & tota provincia malis hominibus purgetur, *fac. text. in l. congruit. 13. ff. de offic. Præsid.* Purgabitur autem Respublica malis hominibus, si per legitimos tramites calumniantium & malignantium iniquitates expellantur, *text. in pr. proæm. Instit.* legitimis pœnis coëerceantur & funditus eradicentur, quoties grassantibus nimium delictis exemplo opus est, *l. 16. in fin. ff. de pæn. N. N. de Anno 1555. §. Wiewol nun auff vorigem Reichstage. ibi: Damit also die Vnrühigen Abschew hetten / den gemeinen Frieden zu betrüben / vnd die Gehorsamen einen Trost wußten / wann sie vergewältiget werden wollen. N. N. de Anno 1567. §. Als wir dann ferner.* Non enim possumus ædificare † bona, nisi prius destruxerimus mala, *confer Anton. de Gueverr. in Horolog. Princip. lib. 3. c. 6. n. 472.* Hinc Plautus perbellè in *Militæ* scribit: Facile est imperium in bonos, ob improbos tamen facinorososque homines solo pœnæ metu in officio mansuros, Magistratûs munus esse necessarium in civitate. *Petr. Royer, decis. Litvan. 4. n. 137.* Quos enim ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non provocant, correctionis saltèm medicina compellat, *l. un. C. de emend. propinq.* Est enim delictorum † punitio, iniquitatis & malorum medicina, *Luc. de Penn. in l. omnes. C. de annon. & tribut. & dare pœnas, proximi mali evitatio est, Prosp. Farinac. in pract. crim. q. 17. n. 3.* Indeque qui parcat malo, intelligitur nocere bono, *Ambros. 1. offic.*
- 4 Purgabitur † etiam Respublica malis hominibus non solum delictorum coërcitione & putridorum membrorum resecatione, sed etiam vel maxime, si vitiorum radices præcidantur, fomenta malorum opprimantur, & occasio delinquentibus præripiatur. Hoc autem maxime fiet, si Principes & gubernatores Reipublicæ non solum publicæ, sed etiam privatæ vitæ rationem instituant, ut quisque civium habeat sua negotia, quibus à malo publico detineatur, abstineat à pravis artibus, malisque libidibus, studeatque probitati atque industriæ, *Salust. ad Cæsar.*
- 5 Cùm etiam ab educatione † juventutis, totius humanæ vitæ

ac Reipublicæ benè instituendæ momenta pendere videantur, ut sapienter est à Platone ex Lycurgi sententia dictum, referente Bodin. 6. de Repub. c. 1. p. 986. in fin. maxima etiam ejus habenda ratio. Siquidem per bonam juventutis educationem † vitiorum con- 6
natorum fibræ evelluntur, ac virtutum semina substituuntur; & qui alioquin Reipublicæ turbatores existerent, bonæ educatio-
nis beneficio ejusdem curatores fiunt. Hinc in Republica olim
Romana Censores † constituebantur, quorum non solum in 7
censu habendo, sed etiam morum præfecturâ & animadversio-
ne in singulorū vitam, negotia, studia, disciplinâ œconomicam
& similibus occupabatur officiū; itaq; hi senatuum legebant, in-
dignos amovebāt: si quis plebejus oscitanter vel malè viveret, a-
grū sineret sordescere, eumq; segniter curaret, vineas arboresq;
suas haberet derelictū, impunè id non ferebat, Gell. lib. 4. c. ult.

Censuram † & nota non quidem infamiam, sed ru- 8
borem afferebat notatis, ut notat M. Tull. apud Non. Gothofred. ad
l. 2. C. de reb. cred. ne videlicet aliquis inauditus de existimatione
& famâ periclitaretur, notam quidem censores habuerunt, non
judicationem, inquit Bodin. 6. de Repub. d. c. 1. p. 991.

Removenda † etiam è medio omnia ea sunt, quibus cives à 9
labore ad luxum, à vitæ integritate ad levitatem avocantur, qua-
lia sunt ludicra histrionum exercitia, impudica vel inania specta-
cula, theatra, quæ sunt turpitudinis vitiorumque omnium sen-
tina & schola, in quibus non solum molles & teneri puerorum
animi labefactantur, sed etiam castiorum fœminarum pudicitia
sæpissimè pertentatur, confer Bodin. d. c. 1. p. 987.

Sicut autem bonos † à malorū impetitione, ita etiam tenuio- 10
res à potentiorū oppressione Principes & gubernatores Reip.
liberare debent, Esai. 1. v. 17. Jerem. 22. v. 3. I. Reg. 23. v. 5. Cacheran.
decis. 30. n. 13. fac. text. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Præs. &
ne quis potestate vel jurisdictione suâ cum alterius damno
abatur, §. ult. & ibi Dd. Inst. de his, qui sunt sui vel alieni jur. Alber. in
l. in re mandata. C. Mandat. n. 1. Geil. 1. obs. 17. n. 5.

CAP. VII.

DE OTIOSORVM ET MENDICAN-
tium remediis, & Domibus disciplinaribus, vulgò
Zuchthäusern.

OTIOSI homines † in Republica benè constituta non sunt 1
tolerandi; hi enim nihil agendo malè agere discunt, maxi-
mè

mè si, unde vivant, non habent; tunc enim facilè ad querendum malis artibus victum propedièm profiliunt; in horum itaque vitam & mores Magistratus diligenter inquirere, utque ad meliorem frugem redeant, monebit, & si monitis locum relinquere recusent, severitate cohibebit.

- 2 Amasis Ægyptiorum Rex legem tulisse fertur, † ut singuli quotannis apud Nomarchen, h.e. cujusque præfecturæ Præsidentem, profiterentur unde viverent; qui autem hoc non faceret, aut genus vitæ Præsidi approbare non posset, huic pœna extremum supplicium esset, *Herodot. in Euterp. Schönborn. 3. politic. c. 14.* Nimis severus tamen hic est modus procedendi, magis ad extirpationem, quàm ad emendationem otiosorum tendens.

Magis accommodata & humanior est quarundam Rerum-
3 publicarum moderna correctio † in Belgio aliisque civitatibus recepta, ubi constitutæ sunt Domus disciplinares, vulgò *Zuchthäuser* / in quas otiosi, culpatae conversationis, & desperatae penè emendationis homines, cujusvis ætatis & sexûs detruduntur, & ad labores cujusque ingenio, ætati & viribus convenientes arctantur, ita ut, si debitum laboris pensum præfixo tempore non perficiant, non solum cibarium tenuitate, verùm etiam fustibus, virgis & corporis cruciatu ad id compellantur.

- 4 Hoc enim modo sublato † otio, omnium malorum fomite, non solum flagitiorum radices circumciduntur, verùm etiam petulantia: fibræ evelluntur, stirpes eliduntur, & virtutis semina substituuntur. Quare non priùs ejusmodi farinae homines exinde dimitti solent, quàm signa emendationis vitæ exhibeant, & unde honestè vivere possint, addiscant.

5 Hac disciplinâ † consultitur Reipublicæ, auctoritati parentum, honestati familiarum, & ipsis otiosis & malitiosis, qui hoc modo ad saniores frugem disciplinâ & labore reducuntur, ne se ipsos & alios in vitæ & existimationis periculum conjiciant, & extremæ calamitatis barathrû præcipitent. Hujus rei vestigia antiquissima in Sacris animadverti literis, *Iob. 36. v. 8. 9. 10. 11. 12.* Et admodum utile esset in quavis provinciâ, civitate & Republicâ, ad coercitionem & terrorem petulantium, otiosorum & lascivientium ejusmodi domus disciplinares erigere & conservare.

- 6 Hoc coercendi regimine laudatur Ambsterodamum, † nobile Belgii Emporium; ad cujus imitationem Bremensis civitas non ita pridem magnis sumptibus ejusmodi domum, ad salutarem Reipublicæ disciplinam, crexit, cujus beneficio multa præcocia
inge-

ingenia terrentur & emendantur. Extat ibidem columna in media area, quæ ferè ab omnibus conspicitur, in qua depictæ sunt senticæ, virgæ, fustes, ursi & leones, hoc addito emblemate: Kan man doch Löwen vnd Währen zähmen; sollte man dann die mutwilligen Buben auch nicht zwingen!

Otiū † & desidiz comes est paupertas, cui ad finis mendicitas, summum Reipublicæ malum, quæ & otiosos homines facit, & scelerum genus omne secum invehit, fovet & alit, ideoque in Republica benè constituta minimè toleranda, *Deus. 15. v. 4. 5. 6.* Non enim tolerandum, ut validi isti & robusti mendicantes aliorum labore & sudore vivant, *l. un. C. de mendicant. valid. & ibi Luc. de Penn. & Azo in summ. n. 1.* Ideoque ne mendicitas promiscuè admittatur cum perniciose Reipublicæ, in singulis exploranda integritas corporum & robur annorum, *d. l. un. c.* Debiles autem & infirmos præstat in Xenodochiis communi vel publico sumptu detinere, quàm ostiatim per plateas victum quærendi permittere.

Utilissima † in novissimis Imperii constitutionibus hac de re extat Lex à Carolo V. Imp. in Comitibus Augustanis promulgata de Anno 1543. quæ postea à Rudolpho II. Imp. reperita, Politiceny Ordnung zu Franckfurt de Anno 1577. sub iii. Von Bettlern vnd Müßiggängern. & ita habet: Wir wollen auch/ daß eine jede Obrigkeit der Bettler vnd anderer Müßiggänger halben ein ernstliches Einsehen thue/ damit niemands zu bettlen gestattet werde/ der nicht mit Schwachheit oder Gebrechen seines Leibs betaden/ vnd dessen nicht nothdürfftig sey. Item/ daß auch der Bettler Kinder/ so sie ihr Brot zu verdienen geschickt seind/ von ihnen genommen/ vnd zu den Handwercken/ oder sonst zu Diensten geweiht werden/ damit sie nicht für vnd für dem Bettel anhangen. Item/ daß auch die Obrigkeit Versehen thue/ daß ein jede Statt vnd Commun ihre Armen selbst ernehre vnd vnterhalte/ vnd den frembden nicht gestatte an einem jeglichen Ort im Reich zu bettlen: vnd so darüber solche starcke Bettler befunden/ sollen dieselbige vermöge der Rechten/ oder sonst gebürtlich gestraffet werden/ anderen zum Abschew vnd Exempel: Es were dann sache/ daß ein jede Statt oder Ampt also mit vielen Armen betaden/ daß sie der Ort nicht möchten ernehret werden/ so soll die Obrigkeit dieselben Armen mit einem briefflüchlichen Schein vnd Brunde in ein ander Ampt zu befördern Macht haben. Item/ eine jede Obrigkeit soll auch an orten/ da Spittäll sind/ daran vnd darob seyn/ daß solche Spittäll fleißig erhalten vnd gehandhabt/ der Verwatter oder Spittalmeister Rechnungen jährlich abgehöret/ auch die Spittäll auffs wenigste im Jahr ein mahl von der Obrigkeit visitirt/ vnd ihre Nutzung vnd Gefällen zu
einen

keinen andern Sachen / dann allein zu vnterhaltung der nothdürfftigen Armen / vnd zu gültlichen barmherzigen sachen getehret vnd gebraucht werden. Hæc constitutio si adhuc hodie in viridi obſervantia polita vigeret, multis Reipublicæ malis obviam iretur.

- 9 Hisce † non abſimiles ſunt illi, qui ſub prætextu militiæ ruflicos exſugunt & ab iis ſtipendium vel victum colligunt vel invitiſ extorquent, vulgò Gardende Knechte / de quibus extat conſtitutio Imperii, N. U. zu Augſpurg de Anno 1555. §. Vnd damit angeſegte Bergarderung / Verſammlung / Auffwickelung / vnd zuſammenlauffen der Knechte deſto ſtærcker vorkommen / vnd eh ſie ſich häuffen / ihr nachtheiliger Fürſaß mit weniger beſchwürde gebrochen / ſo ſollen alle vnd jede Stände in ihren Fürſtenthumben / Graffſchafften / Herrſchafften / Obrißzeiten vnd Gebietchen / mit allem fleiß beſtellen / vnd durch ihre Amptleuthe vnd Befehlhaber acht nehmen / wo einer oder mehr ſolcher Gardenden Knechte / in einiges Kräyß Standes / Obrißzeit vnd Gebietchen / auff der Garde betretten würde / vnd vber das Garden ſonſt weiter nichts mißhandelt oder verſchuldet hette / daß der oder dieſelbe durch jeder Stände vnd Herrſchafft / Obrißzeit vnd Gebietch des Kräyß / darinn er oder ſie mit dem Garden betretten ſich des Garden nicht zu gebrauchen / mit der angehengten Bedrängung / wo er oder ſie darüber in eines oder des andern ſolcher Kräyß / Obrißzeiten vnd Gebietchen / mit dem Garden weiter betretten / daß der oder ſie alſdenn gefänglich angenommen / in das nechſt hoch ordentlich Gericht geführt / vnd gegen ihm oder ihnen alß Meinendigen gehandelt werden ſoll. Würde ſich aber bey einem oder mehr befinden / daß ſie jemand mit gewalt das ſein abgetrungen / oder in andere wege wider den Landfrieden vergewältiget hettten / daß dieſelbige alß öffentliche Landfriedbrecher vnd Nothtränger / vermög gemeiner Rechte / des Reichs Conſtitutionen vnd Ordnungen geſtrafft werden. Hæc Conſtitutio repetitur in d. Ordin. Politic. Francof. de Anno 1577. ſub tit. 7. Von den Herrentoſen vnd Garden Knechten / c.

- 10 Peſſima etiam vagatur in Germania hominum collavies, † qui Cingari, vulgò Zügeuner vocantur. Hi furtis, rapinis, mendicationibus ac chiromanticâ divinatione vitam ſuam tolerant, Schönborn. 3. Politic. c. 16. Hi cùm plerumque ſint exploratores & proditores, qui Germanorum conſilia & negotia Turcis aliisq; hoſtibus produnt, nullâ in Imperio ſecuritate gaudent, & impunè à quovis offendi poſſunt, d. Ordin. Polit. Francof. de Anno 1576. ſub tit. 28. Von den Zügeunern. cujus Conſtitutionis verba ita habent: Der jenigen halber / ſo ſich Zügeuner nennen / vnd hin vnd her in den Landen ziehen / gebieten wir allen Churfürſten / Fürſten vnd Ständen / bey den Pflichten / damit ſie dem H. Reich verwandt / ernſtlich / vnd wollen / daß

daß sie hinfüro dieselben Zügeuner (nachdem man gläublich anzeigen hat/ daß sie Erfahrer/ Verräther vnd Anspescher seind / vnd die Christen Land dem Türcken vnd anderen der Christenheit Feinden verlandtschafften) in vnd durch ihre Land nicht ziehen/ handeln noch wandeln lassen/ noch ihnen dessen Sicherheit vnd Gelait / auch kein Passport geben : da auch die Zügeuner einige Passport erlangt hetten / oder nachmals erlangen würden/ dieselbige wollen wir hiemit cassirt/ vernichtet vnd auffgehoben haben. Meinen vnd wollen auch/ daß sich die Zügeuner des nechsten auß den Landen Teutscher Nation thun/ sich der enteuffern / vnd darinn nie finden lassen : dann wo sie betretten / vnd jemand mit der That gegen ihnen handeln oder fürnehmen wurde / der soll daran nicht gefresset noch vnrecht gethan haben.

CAP. IIX.

DE POENIS EARVMQVE GENERIBUS, temperamento & remissione.

COMMODISSIMUM admodum est apud Hesiodum in *Ergis* exemplum, cum tria hominum genera † enumerat: quorum alii singulari naturâ præditi, rerum omnium absque ductore honesta sequuntur; sequens genus eorum est, qui per se quidem magnum & honestum non moliantur, ultrò tamen optimis quibusque sapientum & superiorum præceptis se accommodant, dictoque audientes sunt; tertium genus est ignavissimorum atq; adeò improbissimorum, qui neq; suoapte ingenio quicquam valent, nec meliorum aut superiorum dicto audientes esse volunt. Primis legem dari, quia ipsi sunt lex, nimis est; alteris verò, quia alienâ egent, satis est: tertiis parum, utpote Magistratûs severitate indigentibus & pœnæ metu cohibendis, *Petr. Roytz. decis. Litvan. 4. n. 138.* Cum itaq; Reipublicæ tranquillitas & quies conservari non possit, nisi pessimi homines pœnarum metu vel ad sanioerem frugem reducantur, vel pro delicti qualitate è medio tollantur, iustitiæ distributivæ ejusque ministris incumbit, pœnas delinquentibus infligere. Ubi † enim severa nulla iudicia exercentur, etiam bona ingenia corrumpuntur, *Isocras. in Auropag.* Unde *Plutarch. in Colon. Cicer. in Bruto*, dixerunt: Rempubl. duabus rebus contineri, pœnis nimirum ac præmiis, *Don Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 3. c. 10. n. 351. & seq.*

Delictorum † verò cum varia sint genera, & unum altero 3

gravius, foedius & immanius, variæ quoque pœnæ in jure constitutæ sunt, ubi negligens mandatum Regis decipit judicium, vel mortem, vel exilium, vel privationis bonorum, vel carceris.

- 4 De jure Civili † pœnæ sunt vel corporales, vel non-corporales. Ex corporalibus quædam sunt capitales, quædã verò non.
- 5 Capitalis pœna † tribus modis accipitur. [1.] Ex qua reo contingit mors naturalis, & dicitur ultimum supplicium, *l. ultimum supplicium. 21. ff. de pœn. l. capitalium. 28. ff. eod.* [2.] Quando reus amittit civitatem, ut, aquæ & ignis interdictione, in insulam deportatione, §. 2. *Inst. de cap. diminut. l. 2. de publ. jud.* [3.] Quando reus privatur libertate; quod accidit his, qui servi pœnæ, atrocitate sententiæ efficiuntur, & similibus, §. *maxima. l. Inst. de capit. dimin. confes. Farinac. de delict. & pœn. q. 19. n. 1. & seqq.*
- 6 Non-capitales † sunt, quæ neque vitam, neque libertatem, neque civitatem adimunt, quales sunt, membri mutilatio, fustigatio, exilium, dignitatis privatio, & similes, quarum quædam infamiam irrogant, quædam non.

De pœnâ membri mutilationis & amputationis eruditè & prolixè differit *Farinac. d. q. 19. n. 25. & multis seqq.*

- 7 tur pœna auris abscissionis, † de qua, cur sit introducta, rationem quidam perhibent, cartilaginis abscissionem in aure dextra vel sinistra inde ortam, quòd auribus vena quædam prominat, quæ γόνιμον contineat sperma, cujus venæ abscissione procreationis vis seu semen prolificum submoveatur, ne ejusmodi pessimorum hominum posteritas ulla relinquatur, quod fieret, si liberos generarent, *Ursil. in §. ex maleficiis. n. 22. cum seqq. Inst. de action. cui convenit Bodin. 5. de republ. c. 1. ubi asserit, Scythas indignè ferre, quòd ad Venerem inepti sint, ob id se ipsos castrare parotidos venæ, quæ sub aure latet, sectione, Andr. Knich. de jur. territ. c. 3. n. 255.*

- 8 De exilii pœna † paulò latiùs differendum proposui, & quidem [1.] Num talis in Republ. Christiana tolerari debeat [2.] Num conducatur iste puniendi modus?

Licere verò Christianis Magistratibus hoc pœnæ genere uti, argumenta multa suadent. Ipse Jehova Adamum exulare iussit, cùm illum criminis convictum è Paradiso ejeceret, *Genes. 3. v. 24.* Deinde, Caino fratricidæ eandem pœnam in fluxit: quare, ille ait, à facie tua hodiè tu ejicis me? *Genes. 4. vers. 12. 14.* Constat item ex libro *Judicum*, Giphitam ejectum à fratribus exulasse in terra Tob. Et Rex David Absolomum, cùm rediisset ex Gessur, ab aula

relegavit in domum suam. Salomon quoque usus est relegationibus adversus Abiatharum & Semei. Et facit præterea, quod Reipublicæ † corpora quædam esse dicantur. Jam verò ad cor. 9
porum salutem consueverunt Medici pravos humores & putrida membra removere, credentes, longè sanius esse, ut abjiciantur, quàm ut retenta totum corpus perturbent. In vitibus idem servatur, quæ singulis annis purantur, ne sarmenta inutilia fructibus noceant.

Alterum quod attinet, An videlicet conducat Reipubl. hoc pœnæ genere uti? Rationes sunt firmissimæ, quæ utendum non esse Magistratui dicitant.

1. Pœnas † ejusmodi esse, ut vel meliorem reddant illum, 10
qui plectitur, vel saltèm alios à peccatis deterreant. Nam hoc arguit pœnarum omnium finis, ut sit emendatio facti hominis-
que delinquentis, *L. 1. ff. de l. & l. Ioh. Gæd. ad l. 131. n. 23. ff. de V. S. Cuj. in parat. ff. de pœn.* Exilium autem neutrum videtur præ-
stare. Nam qui ex urbe vel provincia pelluntur, † nihilo pro. 11
pterea fiunt meliores, sed potiùs deteriores, dicentes secum,
Etiam si discessero hinc, Sol & Luna etiam in aliis regionibus
conspiciuntur, & quod aliqui ex virtute fecerunt, ipsi ex impro-
bitate faciunt. Etenim cum objiceretur Philosopho, quòd exu-
laret; se civem esse mundi, respondit.

2. Relegati, † deportati, & exules eò etiam nomine deterio- 12
res fiunt, quòd hostes evadunt patriæ, atque odio adversùs
eam concepto, se cum hostibus jungunt.

3. Idque eò periculosius, quòd cum arcana Civitatis & Rei- 13
publicæ, † ex qua pelluntur, & incommoda civium probè no-
rint, patriam hostibus prodere & invadendi occasionem osten-
dere possint.

4. Exules † & relegati ut se ipsos excusent, infamant suam 14
civitatem & ejus gubernatores, multò se illos sceleratiores affir-
mantes.

5. Poena hæc videtur charitati erga proximum non parum 15
adversari: † Nam cum provincia vel urbs sceleratos apud se ha-
bet, ita exonerat se, ut alias civitates & provincias oneret.
Deinde, qui sic ejiciuntur, si manerent in patria, diligentius ob-
servarentur, cum jam probè sint noti ibidem: sed in alieno solo,
ubi non agnoscuntur, & faciliùs & impunè peccant, & domi
agerent cum ignominia, nec non rubore confunderentur, cum
alibi perfrictâ fronte vivant.

Civem † peste infectum ad aliam civitatem mittere, valdè in- 16

- justum & inhumanū esset, quantò magis de animi vitiis id censendum est. Si quis fontem inficeret veneno, pessimus haberetur; at mittere sceleratos viros in alienas terras, nihil aliud esse videtur, quàm eas inficere. Et pluribus hac de re differit eruditus vir Petr. Martyr *in comment. ad lib. 1. Reg. circ. fin. fol. 23.* ubi
- 17 hanc cautelam † & modum hujus pœnæ subjicit, ut quidem ejus usus in Republ. retineri possit, sed non ita, ut exules ad alios mitterentur, apud quos deteriores fierent, eosque inordinatâ vitâ & moribus offenderent, sed ut ad certa loca intra fines ditionis Magistratui releganti subjectæ, certis cautionibus & severâ inspectione detinerentur. Hoc enim modo scelerati homines facilius coercerentur, si eis vagari huc atque illuc non esset liberum, & prout facinora relegandorum graviora essent vel leviora, possent eis duriora vel commodiora loca definiri. Sic David relegavit Absolomum, sed non extra fines. Salomon quoque Abiatharum & Semei iussit exulare, sed extra Israël non eiecit. Sic & hodiè optimus est relegandi modus & Reipublicæ utilis, quando facinorosi relegantur ad fines Imperii & loca periculosa, ut cum Turca & hostibus Imperii depugnent, daß der Thäter ein gewisse anzahl Jahren wider den Erbfeind ziehen vnd dienen / oder auff das nechste Brenghausß sich begeben soll. Quicquid autem sit, alter iste relegandi modus, quem Martyr improbat, in Imperio Romano aliisque Nationibus passim usu receptus.
- 18 Apud Romanos † Exilium triplex erat: aut certorum locorum interdictio; aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur præter certum locum; aut Insulæ vinculum, i. e. relegatio in Insulam, *Marcianus in l. exilium. 5. ff. de interd. & relegat.*
- 19 Exilii appellatio † in jure nostro Civili propriè deportationem innuit, *l. 2. ff. de public. judic.* quamvis non rarò etiam pro relegatione usurpetur, *l. 6. §. fin. ff. de pœn. l. 4. & 5. ff. de interd. & relegat. l. 4. in pr. ff. si quis cautionib.*

- 20 Maximè tamen quoad insignes juris effectus differunt relegati & deportati, † & deportatio multò gravior pœna est. Nam [1.] Deportatio tantùm ad perpetuum fieri solebat; Relegatio verò etiam ad tempus, *l. relocatorum. §. hæc differentia. ff. de interd. & relegat.* [2.] Deportatus mediam capitis diminutionem patitur, & civitatem, familiam, testamenti factionem, patriam potestatem, aliaque omnia juris civilis beneficia amittit, *d. l. relocatorum. l. sunt quædam. ff. de pœn. l. 8. §. fin. de testam.* Secus autem est in relegatis, *§. relocatorum. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv. 6. relocatorum. 4. de interd. & relegat.* [3.] Deportatus amittit bona eo ipso,

ipso, quòd deportatur; Relegatus verò non, nisi per sententiam specialiter fuerint adempta, *l. deportati. 8. C. de pœn. gl. ad d. § relegati. in verb. retinent.* [4.] Relegatus ad tempus, si intra illud revertatur, relegatur in perpetuum; si verò in perpetuum est relegatus, reverius deportatur; sed deportatus si egressus fuerit Insulam, in quam fuit deportatus, capite punitur, *text. in l. relegati. 4. ff. de pœn.* [5.] Deportatio famæ jacturam secum trahit, *Sichard. ad l. 1. C. de hered. instituend.* Relegatio verò non aliter infamat, quàm si causa relegationis & delictum famosum & dolum sit; sicut & ictus fustium, nisi causa famosa sit, non infamat, *l. ictus fustium. ff. de his, qui notant. infam.* quam *Bart. n. 8. ibid.* etiam ad relegationem porrigit, sicut & ipse *text. in fine* ad alias quoq; pœnas extendit.

Relegatio † in causis capitalibus, famosis & publicis imposita infamat; ex aliis levioribus criminibus non item, *l. ad tempus. & ibi Da. ff. de decur.* Sunt tamen qui distinguunt inter relegationem perpetuam & temporalem; hanc quidem non, illam verò infamare asserunt; quibus, quia sine textu loquuntur, contradicit *Wesemb. cons. 19. n. fin.* Hinc *Cicero in Oratione pro Domo judicis*, Exilium nomen esse non turpitudinis, sed calamitatis.

Cùm pœnarū inflictio † ex justitiæ distributivæ canone, pro portione Geometricâ æstimanda & temperanda, adeoq; Magistratus cautè agere, & personarum, rerum ac factorum circumstantias diligenter perpendere debet, ne quid durius vel remissius constituitur, quàm personæ vel rerum conditio postulat, *text. in l. Pedius. §. 1. in fin. ff. de incend. ruin. naufrag.* Cùm enim personarum dignitates, ingenia, voluntates, ætates, dicta & facta inæqualia sunt, pœna etiam meritò variari debet. Hac ratione de jure Civili in eodem delicti genere † gravius puniatur servus quàm liber, *l. capitalium. 28. §. fin. l. 10. ff. de pœn. famosus* quàm integræ famæ reus, *d. l. 28. plebejus* quàm egregius, *l. 10. de pœn. §. nem lex Julia. Instit. de public. judic. adultus* quàm minor, *cap. 1. X. de delict. puer. fortius sobrius* quàm ebrius, *c. sanè. c. aliquo. 15. quest. 1.*

Verùm cùm hoc, quod de ebriis † levius puniendis quàm sobriis asseritur, à multis in dubium vocetur, ideoque latius & distinctius hac de re differere libet. Et quidem quòd ebrii delinquentes non sint levius puniendi sobriis, sed gravius, sequentes suadere videntur rationes.

1. Quia Ebrietas † tanquam grave peccatum ac omnium malorum fomes jure Divino prohibetur, *Esai. 5. v. 11. 22. Ose. 4. v. 11.*

Habac. 2. v. 5. Syracid. 19. v. 2. Luc. 21. v. 34. Ephes. 5. v. 17. & Ebrii propterea non erunt heredes regni Dei, Galat. 5. v. 21.

- 26 2. Ebrietas † dicitur voluntaria quædam infania, *Senec. lib. 12. Epist. 1. Roland. de Commiss. part. 1. lib. 1. c. 23. n. 5. Hering. de Fidei iust. c. 7. n. 124.* Unde Pittacus prætor legumlator de delictis per violentiam admittis graviores pœnas sumi sanxit, sobriorum peccatis leviùs plecti iussis, *Petr. Roy. decis. Livan. 4. n. 343.*
- 27 3. Lex Imperii † ebrietatem prohibet, eamque puniendam severè jubet, Reformation guter Politicy zu Augspurg *de Anno 1530. sub tit. Vom Zutrincken. ubi ita caveatur:* Vnd nachdem auß Trunckenheit (wie man täglich befindet) viel Laster / Vbelis vnd Vnraths / auch zu vergangenen Reichstagen des Zutrinckens halber gesetzt vnd geordnet / das eine jede Obrigkeit solch Zutrincken abstellen / vnd das zu vermeiden / die Vberfahrer ernstlich straffen sollt / seind doch solche Ordnungen vnd Satzungen bis anhero wenig gehalten oder volnzogen worden / sondern hat der angezeigte Mißbrauch vnd Vnwesentlichkeit des Zutrinckens als tenthalben je länger je mehr eyngewurtzelt / sich gemehret vnd vberhand genommen / darauff Gotteslästerung / Mord / Todschlag / Ehebruch vnd dergleichen Vbelthaten gefolget / vnd noch zu dem / das etwan durch Trunckenheit / die Heimlichkeiten / so billich verschwiegen / offenbart werden / auch solch Laster den Teutschen / deren Mannheit von alters hoch berühmet / bey allen frembden Nationen verächtlich / &c. Demnach gebiethen wir allen vnd jeden Churfürsten / Fürsten vnd anderen Ständen / was Würdens / Wesens / Standes oder Landes die sind / das die ihren Vnterthanen zum Exempel / vnd das sie dieselben zu straffen desto mehr vrsach haben / das Zutrincken gänglich für sich selbst meiden an ihren Höffen / allem Hoffgesinde / vnd ihren Fürstenthumben / Herrschafften / Landen / Gebiethen vnd Obrigkeiten / allen ihren Vnterthanen / ernstlich bey zimlichen Peenen vnd Straaffen das Zutrincken zu meiden verbieten / vnd darüber ernstlich halten / wie wir das ernstlich hiemit gebieten / vnd strenglich gehalten haben wollen. *Et hæc constitutio repetitur in Reformat. Politic. de Anno 1548. sub ead. Rubr. & dennd pluribus iteratur in Ordinat. Politic. de Anno 1577.*
- 38 4. Facit, † quòd non solùm in novissimis Imperii constitutionibus Ebrietas prohibita sit; verùm expressè cautum repèriatur, Ebrios eadem pœnâ puniendos quâ sobrios. *N. A. zu Speyer de Anno 1570. sub tit. Neuter Bestallung. §. 50. que ita habet:* Es soll durch den Feldmarschalck / &c. in allen Mißhandlungen / so voller weis / durch Herren / Junkern / Knecht / groß oder klein Hans / geschehen vnd straffbar sind / die Trunckenheit zu keiner Entschuldigung oder Miltterung der Straaff angezogen oder angesehen / sondern viel mehr solche

Verbrechung desto schärpffer / schwärer / auch gedoppelt gerechtfertiget vnd gestrafft werden.

5. Cum itaque ebrius † contra divini & humani juris aucto- 29
ritatem se supra modum ingurgitando faciat & committat, ac
desuper ejus occasione in alia scelera incidat, duplici in culpa &
noxa deprehenditur, ita quidem, ut in sobrio pœna noxæ vin-
dicta sit, in ebrio verò noxarum. Et ubi major culpa, ibi major
pœna, ne ex improbitate sua aliquis vel impunitatem, vel delicti
mitigationem expectet; neque casum allegare potest ebrius,
cum culpa præcesserit, *vid. Geil. 2. obs. 110. n. 26.*

Verùm utut hæc satis sint speciosa & prægnantia, non tamen
desunt rationes, & juris tam Canonici quàm Civilis auctoritas
in contrarium.

1. Maleficia † æstimanda & distinguenda ex voluntate & 30
proposito delinquentis, *l. 1. §. vivus. ff. au L. Cornel. de Sicar. l. si non
conviii. C. de injur.* Ebrius autè (qui furioso æquiparatur, *c. venter.
distinct. 35. cujus nulla voluntas aut propositum, §. furiosus. Inst. de
innulib. stipulat. l. furiosi. de R. l. & vitam morte deteriolem habet,
Syracid. 22. v. 17.*) voluntate & proposito delinquendi caret.

2. Ebrietas † inducit mentis exilium, rationis deliquium, vo- 31
luntatis impetum, *c. à crapula. X. de vit. & honestat. Cleric. l. omne de-
lictum. §. 7. in fin. de re milit. l. 11. §. 2. de pœn.* ubi expressè ebrius non
proposito, sed impetu delinquere dicitur.

3. Ebrii † comparantur ignorantibus, *c. sanè. 15. q. 1.* Hinc Plato 32
lib. 3. de Republ. ebrietate gravatos, ubi terrarum sint, nescire scri-
bit, *Petr. Royer. decis. Litvan. 4. n. 342.* ideoque si quæ per vinum de-
liquerint, apud prudentes judices veniã quidem facta donan-
tur, sed levitatis damnantur auctores, *d. c. sanè.* Culpâ † siquidem 33
non caruit, qui largiùs merum hausit, & ebrietatem non cavet,
cum scire debuit, per ebrietatem aliquid illicitum ab se admis-
sum iri posse, *d. c. à crapula. Royer. d. decis. 4. n. 342.*

Hæc tamen † pœsterior sententia non ita simpliciter proce- 34
dit, sed aliquot distinctiones & limitationes recipit. Nam 1. qui-
dam distinguunt inter ebrium ebriosum, seu ebrietatem Trun-
ckenheit / & ebriositatem Bertrunkenheit / Gewonheit voll zu seyn.
Ebrietas præter intentionem ex casu quodam & ignorance; 35
ebriositas verò ex habitu quodam vitioso nascitur. Primo casu
pœnam mitiorem ordinariã infligendam statuunt; altero verò
non item, *vid. Geil. 2. obs. 110. n. 27. & seqq.* Ebrio † tantùm quatuor
pocula porrigimus: primum ad sitim; secundum ad lætitiã; 36
tertium ad voluptatem; quartum ad ebrietatem. Ebrioso ulte-

rius quintum ad iram; sextum ad litigium; septimum ad furorem; octavum ad somnum; nonum ad morbum; decimum ad perpetuam insaniam, inquit Waremund. ab Ehrenberg de Fæderib. sub n. 111. p. 213.

- 36 Verùm † licet negari non possit, Ebriosum, h. e. qui ex habitu & consuetudine quotidie se in vino ceu porcus in stercore volutat, gravius peccare eo, qui ex casu præter intentionem inebriatur; interim tamē nihilominus ratio illa, quod voluntas, consilium & propositū delinquendi in delictis maximè sit spectandum, etiam in ebrioso militant, nisi per indirectum voluntatem delinquendi propter antecedentem voluntatē inebriandi interpretemur. Deinde, in allegato cap. sanè. ponuntur illa verba: Indulgent vino; quæ magis ad eos, qui ex consuetudine, quàm ad eos, qui præter intentionem inebriantur, referenda.
- 37 2. Distinguunt inter ebrietatem † magnam & talem quæ inducit mentis exilium & exterminationem, & inter ebrietatem levem, quando aliquis non est rationis usu privatus, sed paulisper propter caliditatem vini exhilaratus est, & tunc priori casu ordinariam pœnam locum habere dicit Thom. de Aquin. 2. secundæ quæst. 150. artic. 1. 2. & 3. quem allegat Petr. Joh. Ancharan. lib. 2. q. 13. n. 6. Barr. in l. data opera. col. 2. vers. nunc de tertio. C. de iis, quib. accusari non poss. Menoch. 2. arbitr. cas. 326. n. 7.
- 38 Prætereà † considerant Dd. hanc circumstantiam in delicto ab ebrio commisso, an ne sit solitus in ebrietate delinquere, vel si sit solitus rixari, & per rixam occidat aliquem, tunc enim quia inebriando voluntariè se posuit in periculo, non erit à pœna ordinaria excusandus, Alber. in l. si quis non. C. de Episc. & Cleric. Ancharan. d. q. 13. n. 6. Covarr. ad Clementin. furiosus. part. 3. sub n. 4. quod multò magis procedit in eo, qui factus est ebrius ad hoc, ut aliquem offenderet, quia isthæc ebrietas affectata dolosa est, Bald. in repetit. l. 1. n. 40. C. unde vi. Menoch. d. cas. 326. n. 8. 9.
- 39 Ad primum † prioris sententiæ argumentum respond. Jure quidem divino prohibitam esse ebrietatem, & ebrium graviter peccare, non tamen inde efficitur, ebrium ordinariâ pœnâ illorum delictorum, quæ voluntatem & propositum pro fundamento habent, esse afficiendum; si enim ita inferatur, plus erit in Conclusionem, quàm fuit in præmissis.
- 40 Ad 2. R. Ebrietatem † illam, quæ ex habitu potius quàm ex accidenti contrahitur, esse voluntariam insaniam, non tamen delictum in ea commissum voluntarium dici posse, cum ebrii voluntatis deliquium & rationis patiantur ectasia. Et notandum,

dum, † quòd in delicto ab ebrio commissio tres sint spectandi 45
actus seu eventus. Primus est, ipsa potatio. Secundus, ipsa ebrietas. Tertius, ipsum delictum ebrietate commissum. In primum autem actum fertur voluntas directè, nempe, quia ebrius voluit vinum bibere immoderatè. In secundum fertur voluntas indirectè & per accidens. In tertium autem, h. e. ipsum delictum, nec per se, nec per accidens voluntas fertur, alioquin si ad huc indirectè fuisset voluntarius actus contingens in ipsa ebrietate, imputaretur ebrio, ut ex Thom. de Aquin. eruditè explicat Covarruv. ad d. Clement. furiosus. par. 3. sub n. 4.

Ad 3. idem quod ad primum respondendum.

Ad 4. R. Illam Constitutionem † continere specialem casum 42
in personis militum, idq; ex speciali ratione. Nam ubi majus versatur præjudicium, ibi cautius agendum & severius transgressores puniendi. Jam verò magnum in bello versatur periculum Reipublicæ, quod per ebrietatè militum ei accidere posset.

Ad 5. & ultimum † respondetur, Delinquentem per Ebrietatem 43
quidem esse in duplici culpa, videlicet ebrietatis & criminis; sed verum & unum dolum esse multò deteriorem, quàm plures culpas, ut dicit Bald. in repet. l. 1. col. pen. versic. Tertiò queritur. C. unde vi. Tiraquell. de pœn. temperand. caus. 6. n. 9. & semper in delictis dolus culpæ præponderat, eaquæ est gravior, l. si potator. 31. ff. ad L. Aquil. Cravett. conf. 471. n. 4. Et conf. 919. n. 19. Sic licèt ex culpa † alicui accidisset furor, & in illo furore aliquem interficiat, 44
non tamen hic magis quàm alius furiosus erit puniendus. Et quidem puniendus est ebrius propter delictum commissum in ebrietate, non tamen de ipso delicto, sed de illâ ebrietate, quæ majori est digna pœnâ, ex eo, quòd criminis causa fuerit, licèt remota, Covarr. ad d. Clement. furiosus. n. 4. Hinc Ambrosius, peccatum † commissum à Lotho in stupratione filiarum incestuosa, 45
culpandum esse, nō quidem quantum meretur incestus, sed quantum ebrietas, c. inebriaverunt. 15. q. 1. Et quamvis persæpè ebrietas non puniretur per se, accidente tamen delicto in ebrietate, quod eam aggravat, puniri solet.

Et sanè utile esset † Reipublicæ, si propter ebrietatem punirentur 46
ebrii, præsertim in Septentrionalibus populis & Germaniâ nostrâ, ubi hoc vitium adeò increbuit, ut multis grassantibus meritò exemplo opus esset, Petr. Roytz. decis. Litvan. 4. n. 343.

Et, ut alios populos taceam, in Germania † nostra quàm frequens 47
sit illud perniciosum ebrietatis vitium, & quæ inde mala orientantur, non solùm id allegatarum Constitutionum Imperia-

lium arguunt querelæ, sed etiam tristis & quotidiana experientia. Imò tantoperè hoc malum in Germania invaluit, ut strenui & fortes videri velint, qui benè potare possunt, indeq; præmia appetunt & non rarò reportant. Hoc nomine Frid. Taubman. in *Epigrammate quodam* Francos suos præfert Saxonibus, dum ita scribit:

Saxoni.e mos est, potoribus inter amicos

Haurire ex imo pocula nulla cavo.

Certè mos nequam: cur quod de mystace lapsum est

Alterius, tepidà colluvione bibam?

Laudo meos Francos, qui se cervice supinant,

Et fundo ex imo præbita pocla bibunt.

- 48 Verùm † videtur mihi bonus Taubmannus injuriam facere Saxonibus, qui ægrè admodùm cederent Francis in hac arte; & qui apud Saxones versatus est, eorum culillos & scyphos, eosq; sine *Zuck* / sine *Schmuck* / sine *Wartwischen* (ue illi loquuntur) evacuare vidit, certè aliud assertum ibit. Et sanè si quis hac pessimi vitii felicitate prærogativam affectaret, ei cum Augustino respondendum esset, Nihil esse infelicius, felicitate peccantium.

Audiant strenui potatores, quid Jehova per os Prophetæ loquatur: † *Væ*, qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam & potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis, *Esai. 5. v. 11.* Et denuò: *Væ*, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. *Ibid. v. 22.* quod Lutherus ita vertit, *Wehe denen / so Hetden sind Wein zu sauffen / vnd Krieger in Füllerey.* Videant hïc strenui potatores, quòdnam Jehova illis proponat præmium, videlicet, *Væ, Væ*, quæ comminationis geminatio, pœnæ geminationem & extremam calamitatem denunciat.

- 50 Irrepsit in Germaniam mos pessimus, † quo etiam inviti & nolètes sub dulci sanitatis alicujus Principis, viri magni & amici prætextu, ad ebrietatem & æquales haustus urgentur, & pro cautela habent potatores moderni, ut, si quem sobrium alio modo inducere non possint, incipiant haustum salutis bibere, *lassen Gesundheits Trüncke umbgehen* / & si quis hoc recuset, illud Græcorum obtineat, *Aut bibat, aut abeat*; imò sæpè comminatione guerre compellitur, *er soll aufsauffen / oder sich mit ihm rauffen.* Certè ejusmodi potatores contra justitiæ distributiæ regulam committunt, dum inæquales corporibus, viribus & usu bibendi, ad æquales haustus urgent, non proportionem Geometricam, sed Arithmeticam observantes.

Animalia † bruta & rationis expertia supra naturæ desiderium ut bibant vel comedant, ne quidem verberibus adigi possent; Unde illud Epigramma:

*Ut bibat haur sitiens, vel edat cum ventre repleto,
Verberibus cogi bestia nulla potest.*

*Ergo homo deterior longè est faciamur oportet,
Qui bibit haur sitiens; qui vorat, antè satur.*

Et postquam isti haustus † sanitatis invaluerunt, multorum sanitas in periculum adducta vel planè crepta est. Placet mihi Versiculus, quem celeberrimus Theologus & nostræ ætatis in Germania facilè primus, Dn. D. Mentzerus, amicus meus singulariter suspiciendus, hac de re composuit, ex tempore:

*Una salus nobis, nullam potare salutem;
Namq; abis ex potâ grata salute salus.*

Rationem † autem, quare populi versùs Septentrionem siti proniores sint ad ebrietatis vitium quàm versùs Australes, hanc reddit Bodinus; quia vis caloris intima in Aquiloniis Regionibus, & aëris siccissima natura populis majorem sitim ingenerat quàm Australibus, quibus interiora frigida, & Austri flatus naturâ humidus magis eos humectat, *lib. 5. de Repub. cap. 1. pag. mihi 779. & seq.*

Hæc breviter de pœnarum temperamento hîc adducere volui; quo modo ex aliis & variis personarum, rerum, locorum & temporum circumstantiis & causarum figuris pœnæ veniant temperandæ, consulendus est Tiraquell. *in tractatu suo de pœn. temperand. ut & Prosp. Farinac. in tract. crimin. tit. de pœn. passim.*

Solent aliquando Principes † & gubernatores Reipublicæ non solùm temperare pœnas delictorum, sed etiam planè remittere, idq; de jure minus dubii habet in summo Principe, *text. in l. moris. §. ista ferè. ibi: Verùm referre ad Principem debet, ut ex auctoritate ejus pœna aut permiscetur, aut liberentur. ff. de pœn. l. 1. in fin. ff. de quaestio. l. si interveniente ff. ad Turpill. l. rescripta. in fin. C. de precib. Imp. off. rend. text. in l. delegati. 4. in fin. ff. de pœn. Bald. in l. imperium. in l. Etur. 1. ff. de jurisd. Bart. in l. non omnis. §. qui i vans fugis. ff. de re milit. Cacheran. decis. Pedemont. 29. n. 5. quod procedit non solùm in pœna pecuniaria, sed etiam corporali, Boß. de remed. ex sol. Clement. Princip. n. 23. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 59. n. 2. Don Garf. Mastriell. de Magistratib. l. b. 3. c. 7. n. 2. & ibid. n. 3. hanc dicit esse communem opinionem, neque in dubium revocandam. Cravest. conf. 119. n. 1.*

Est tamen advertendum, † quòd cùm Magistratus etiã sum-

- mus sit minister Dei & vindex in malum, *Rom. 13.* ideoque ei incumbit, ut scelera ulciscatur, *Martyr ad cap. 20. lib. 1. Reg. fol. 168.* ubi ulterius dicit, quod Magistratus sit. publicam salutem Reipub. tueri; quod fieri commodè non poterit, nisi pœnis maleficia coercerentur; inde est, quod Solon aiebat, Duo divina lumina mundum gubernare, præmium scilicet & pœnam, *refert Plutarch. in Solon & Cicer. in Brut.* Quos namque ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non provocant, correctionis saltèm
- 56 Medicina compellit, *Lunic. C. de emendat. propinq.* Principes ꝑ quidem debent esse proni ad lenitatem & clementiam, sed quantum fert bonum publicum, jus læsæ partis & justitiæ præscriptum, *Mart. d. loc.* Nimia siquidem lenitas ꝑ peccandi occasionem præbet, imò libidinem effrenatæ juventutis accendit, *c. ut Clericorum. X. de vit. & honest. Cleric. Gilken. ad Auth. quod locum. n. 17. C. de collat.* Ideoque summa perhibetur pietas, in delinquentes sævire, *Prosp. Farinac. de delict. & pœn. 9. 17. sub n. 3.* Qui enim uni indulget, ad prolapsionis contagium provocat universos, *c. est inhibend. X. de cohabit. Cleric. & mulier. Ambros. 1. offic. & impunitas delicti incensivum est delinquendi, c. est iusta. 23. 9. 4.* præsertim cum malitiosi homines veteris delicti impunitatem non tam emendationi quàm cõsuetudini deputare solent, ac dimissi gaudia lætitiæq; communem contaminare, *text. in l. nemo. 3. in pr. & fin. C. de Episc. audiens.* Indeque delicta ꝑ post impunitatem commissa, ab ipso Magistratu veniam dante commissa videntur, qui si primo perpetrato delicto, præsertim capitali, legitimo justitiæ mucrone communis securitatis violatorem jugulasset, iteratò non deliquisset; uti aliquando magni nominis Principi, qui reo homicidiũ committenti semel atque iterum indulserat, relatum
- 59 ferunt. Non enim facilè secundum ꝑ desperat effugium, qui læqueum prioris criminis evasit, *Symmach. lib. 10. Epist. 44.* Unde non immeritò Saul contraxit offensam Jehovæ, quia misertus erat Achab, quem divina sententia prohibuerat salvari.
- 60 Auferat ꝑ igitur Magistratus malum è medio populi, *Levitic. 29. v. 20.* & ab altari divellatur homicida, ne sanguinem ab ejus manu exigat Jehova, quem sanguinem temerè effundentis dispergere iussit, *Gen. 9. v. 6. Exod. 21. v. 12.*

Et hæc simpliciter procedunt in pœnis ex lege divina morali

61 descendentibus, quia circa has nulla Magistratui, ꝑ etiam summo, dispensatio conceditur; in delictis verò ex lege Civili descendentibus Magistratui moderatio & remissio omninò non est adempta, ex iusta tamen causa, *Lambert. Dana. lib. 6. Polit. Christian.*

Stian. c. 3. Unde non iniquum esse puto, ut Magistratus propter delicta, † quæ lege divinâ non sunt capitalia, neque directò ad 62 publici status dissipationem tendunt, ad publici potius laboris onera ad certum tempus vel in perpetuum, pro qualitate delicti, quàm capitaliter condemnentur. Siquidem hoc modo & delicta puniuntur & publicum bonum promovetur, quod jure etiam veteri usurpatum, *l. 8. § 4. de pæn. novo tamen correctum, Nov. 22. c. 8.* Similiter in quibusdam locis maritimis Rei damnantur ad certum tempus ad triremes auffer die Gallen / quam pœnam non tantum in Laicis, sed etiam in Clericis usu venire, præcipuè in Italia, propter Clericorum petulantiam hodiernam, testatur *Clar. 5. sentent. §. fin. q. 70. n. 5.*

CLASSIS II.

CAPUT I.

DE LEGIBVS IN GENERE, ET EARVM in *Repub. utilitate.*

SUMMA totius Reipublicæ tuitio † de stirpe duarum rerum 1
venit, Armorum videlicet atque Legum, inquit sacratissimus Imperator Justin. in *Constit. de Justin. Cod. confirm.* & idè Imperatoriam Majestatem non solum armis decoratam, sed & legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus, & pacis & bellorum, rectè gubernari possit, *Idem Iustinian. in præm. Instit.* Unde & Accursius Leges & Legiones duo mundi brachia appellat, in *gl. ad d. Constit. de Justin. Cod. confirmand. Ioh. Lauserbach. in tract. de liser. & arm. Coshman. in rubr. Cod. Justin. n. 48.*

Hiscè duobus nervis † vim suam muniens felix Romanorum 2
genus, omnibus anteponi nationibus, omnibusq; gentibus dominari, tam præteritis effecit temporibus, quàm Deo propitio in æternum efficiet. *Idem Iustin. in d. Constit. de Justin. Cod. confirm. fac. Nov. 24. in præfat. & c. 1. Novell. 25. in præfat.*

Cùm enim duo sint publicorum temporum genera, † Pacis 3
& Belli, duo etiam justitiæ instrumenta esse oportuit, quibus utrumque regeretur, & quæ sibi mutuas operas præstarent. Neq; enim † arma sine legibus tuta, *l. 3. §. 1. ff. de re milit. R. U. de An. 4
no 1500. in pr. neque leges sine armis salvæ, l. qui restituerent. ff. de rei vind. l. si quis in hoc. C. de Episc. & Cler. l. cum vir. C. ad L. Isl. de adult.*